

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Io. Freinshemii Commentarii in libros s̄uperstites Q. Curtii
Rvfi**

**Freinsheim, Johann
Curtius Rufus, Quintus**

[Argentorati], [circa 1639 oder später?]

Cap. 4

urn:nbn:de:bsz:31-103771

Comment. in Curtium. lib. 6. c. 3. n. 12. 17. & c. 4. II. 1. 2. 3. 4.

de bel. Ciu. 1, 21. *Et nihil tam leue est, quod non magna inerdum rei momentum faciat.* Liu. 25, 18, 3. *Quo magis praeceptum illud in omnium animis esse debet. Nihil in bello oportere contemni, nec sine causa dici, marem timidi flere non solere.* Probus in Thrasib. Incredibile est, *Nimia fiducia quantae calamitati soleat esse.* Haec ex polit. Lipsii 5, 16. Sic apud Tacit. 2, 40, 2. *cautissimus imperator in motu serui, nihil spernendum reputabat.*

6, 3, 12. *SEDE M CYRI*) Quod Plutarchus lib. 2. de fort. Alex. in Darii preicatione Cyri thronum dixit, Horat. Od. 2, 2, 5. *Cyri solum, Curtius Cyri sedem vocat.* Brisson. lib. I. p. 51.

BAGOÆ) De quo narrabimus in supplemento.

6, 3, 17. *PRIMA*) Alii ; *præmia*. non istud quidem male, sed tamen illi non prætulerim.

DARII) Multi & meliores libri : *Darium quoque hostem* : & sane oritur dubitatio sic fuisse, omissa voce *parricidas*, quæ mox sequitur.

6, 4, 1. *ALACRITATE*) Sequito effectu, quem supra 6, 2, 20. ei promiserant duces. Ea re nihil non effici posse imperatoribus, ex Grutero, quem & supra laudauimus, cognoscetis.

6, 4, 2. *EA MANV*) Non dubito sic scribendum supra 5, 4, 14. *Cretero reliquo cum pedestibus quis adiuvenerat, & eis copias quas Meleager ducebat.* Et de hac ipsa re Arrian. 3, 5, 2. *Kορετης ἡ τῶν πιστώ μέλει ἵππων, οὐδὲ τοῦ Αμυντα &c.* Cretorum cum suo & Amynta agmine, cuncte equitibus &c. & vero absurdus vulgatorum sensus ex manu, qui vellet hexcentos, seu ut alii codd. habent, sex ista millia equitum &c. fuisse ex manu quam Amyntas ducebat, quod ita non stans constat.

SEXCENTIS) Ita melius, quam aliorum sex millibus. Arrianum dicto loco vide.

6, 4, 3. *ERIGYIVM*) Hic à Sabellico Ennead. 4, 5. yitiatos codices sequuto, perperam appellatur Phrygus. De aliis Edd. vide in variis. Sed & Indicem consule.

EMINENTIBVS) Melius imminentibus. ita supra 3, 4, 12. *Dorsum montis imminebat via, crebris oberranibus riuis, qui ex radicibus montium manant.* Sane Gebhardus in Crepusc. 3, 23. citans hunc locum ait: *Sic eleganter Curtius imminentes petras dixit.*

6, 4, 4. *ZIOBERIS*) Diodoro 17, 75. est Sibaris Σιβάρις. Cuius quidem vocis ductus etiam in Curtiano nomine apparent, quod facilius corrumpi potuit, quam illud Græcum. Certe non longe abudit Zibetes, quomodo Boccatium legisse pro Zioberti Raderus ait. Item Ziobetis & Obeis Manuscriptorum. Ceterum multorum fluminum par natura prodit, qui se cuniculis condunt vel in pariem, vel in totum pars Rheni subit rada circa 4000. pass. ab arce Cauba, & riuus emergit antequam deueniat Bonnam: item pars Danubii aborbetur apud Greinam oppidum Pamoniae superioris quæ in loco maximum à naufragio periculum est. nisi autem riuus in profundum terræ agunius multis in regionibus : in Hispania Ana : in Narbonensi provincia Garda : in Alpibus Padus, qui, ut Plinius 3, 16, 1. scribit, in Forouibienis agro iterum exoritur. Merita aqua postquam transit Fucinum lacum, quæ , ut idem 31, 3. auctor est, in Tiburtina se rursum aperit: Timavus in campo Aquileiensi: Erastrus in Argolica: Eurotas & Alpheus in Arcadia : quorum aquæ communiscentur, & ad virginis statua commune habent flumen, deinde condunt se in voraginem, atque Eurotas riuus emergit in Lacedemoniorum agro, Alpheus in fontibus [leg. finibus] Megalopolitidis : quod in Arcadicis Pausanias memoria mandavit. In Asia vero Cadmus specu mergitur, non longe à Lavdicata : Pyramus in Cœtaonia:

taonia : *Lycus* in ora subiecta Libano : *Orontes* in Syria : in Medis Euleus mox ab ortu atque etiam in Arabia fluuij conduntur, vt Strabo lib. 16. scribit : *Polyimetus* in Sogdiana, vt Arrianus 4, 1, 33. *Zioberis* in Hircania, vt Q. Curtius. alij subeunt arenas : vt Aristobulus in Sogdiana : *Arius* in Aria : *Epardus*, qui per Mardorism regionem fluit ; *Eiymandrus*, qui per Euergetarum : *Nilus* in *Ethiopia*. aliqui subeunt paludes, veluti *Bimma* circiter lapidem terrium ab ortu : oritur vero ad Ravan pagum in Luneburgensi ericeto. Sed is post X. milia pass. rursus emergens properat Rotenburgam arcem ditionis Bremensis fluit. quidam subeunt rada maris : sicut *Alpheus*, de quo iam dixi, in maritima Elidis ripa. etenim in eum iacta in Arethusam fonte Syracusano redduntur ex scriptorum, non poetarum tantum sententia : tametsi Strabo lib. 6. eum in mare influisse assertat. similiter ac *Alpheus* maris rada subicit fluvius in Ionia, cuius fons est in Mycale monte : subter medium enim mare caco aliwo penetrans exit rursus iuxta Branchidas ad portum Panormum, vt in Eliacis prior. Pausanias tradit : alij occurrentem montem subeunt, subterque lapsi à latere eius altero exponunt : quomodo Tigris per Taurum permeat & transit. aliqui à summa ad imum profundum altissimos monus : vt *Pyramus* eundem Taurum. Georg. Agricola lib. 3. de natura corum quae efflant ex terra. Ejusmodi fluviorum catalogum, cum auctoruen nominibus, ordinem literarum sequutis subjiciemus. Sunt autem hac natura *ABLAS* aut *ANLAS*, nam diuersè scribitur, apud Strabon. lib. 8. f. *ADRIATICUM* & *ÆGÆUM* maria, ex mente Theopompi, quem tamen redarguit Strabo lib. 7. *ÆSCULAPII* fons Athenis, quo iniecta in Falericu redduntur. Plin. 2, 103. *ALPHEVS* in Arcadia, qui iuxta Eurotae fontes ortus, cum eius flumine commiscetur, & postquam simul terram subierunt, Eurotas rursus emergit in Lacedæmon. agro, Alpheus in finibus Megalopolitidis. Pausan. lib. VIII. itemque lib. XVI. in Excerpt. Valef. & Strabo lib. 6. & 8. idem Alpheus subter mare lapsus creditur Syracusis extrudere fontem Arethusam. Plin. 2, 103. & 31, 5. Lucilius & Virgil. Eclog. 10, 4. apud Senec. Nat. quæst. 3, 26, 9. & 6, 8, 3. etiam oraculum apud Pausaniam lib. 5. Pindarus, & Timæus apud Strab. lib. 6. & Antigonum mir. narrat. 155. Himerius in propemptica oratione apud Photium Cod. CCXLIII. tamen Strabo lib. 6. nihil motus aliorum opinione, fabulam eam mendacii coarguit solidis rationibus. ibideinde aliam Homericam Stygis Zooli, qui scribit *Alpheum* è Tenedo fluere. *ANLAS*. Hispanæ fluuius, corrupte hodie *Gazdiana* dictus, qui, vt Lud. Nonius in flum. Hispan. scribit, quum procul ab ortu suo ex hominum conspectu se eripiat, per caeos & subterraneos meatus, ad septem milliaria lucifugus fluit, donec prope Villaharta (loci id nomen est) iterum in lucem erumpat : & mox amnis huius latiore incolis iocandi materiam præbueret, dum patro sermone ferunt, pontem esse in Hispania, ubi perpetuo plurima armenorum millia pascantur. *ARABICÆ* paludes Eratothenes reprehensus à Strabone lib. 16. De *ARETHVSA* modo dictum in *Alpheo*. *AREVS*. vnde Arianæ regioni nomen. Arrian. 4, 1, 33. *ARISTOBVLVS* ab Agricola nominatus est, decepto per vitiatam Strabonis scripturam: nam *Polyimetus* nomen est fluui, Aristobulus auctori, qui de eo tradit : vt & Casaubon. aduertit. *ASOPVS* in Peloponneso. Hunc Mæandrum Phrygium esse traditur à Philiasis & Sicyoniis apud Pausan. lib. 2. & Ibyeo, quem refutat. Strabo lib. 6. Ex illa fabula nata est alia de Marsiæ fistulis in agro Sicyoniæ repertis, apud Pausan. lib. 2. *ATINAS* quidam innotinatus fluuius apud Plin. 2, 103. *BIMMA*. apud Agricolam in relatis supra verbis. *CADMVS* in Phrygia. Strabo sub fin. lib. 12. *CORYCO* in specu fluuius anonymus. Mela 1, 13. *DANUBIVS*. Agricola. *EPARDVS* (nisi rectius *Amardum* voces) in Mardis. Arrian. 4, 1, 33. *ERASINVS* in Argolica. Plin. 2, 103. Strabo lib. 6. & 8. in fine. Seneca natur. quæstion. 3, 26, 6. *ETYMANDRVS* in Euergetis. Arrian. 4, 1, 33. *EVLAEVS* in Susiana. Plin. 6, 27, 16. *EVPHRATES* Arrian. 5, 1, 23. Strabo lib. 16. Chro-

nol.

nol. Altissiod. in pr. vbi hunc & ceteros Paradisi fluuios, subterraneos per meatus emer-
gere, vt alibi nasci videantur, haud præter rationem proditur. Atque eodem Fulche-
ri Carnotensis inclinat opinio, in gestis peregr. Franc. cap. 43. Quin & ipsum Nilum
fama est Euphraten esse, qui vbi paludi immersus dicitur latuerit, supra Aethiopas Nilus enda-
dat. Pausan. lib. 2. *EVRÖTAS* in Laconia. Vide supra in Alpheo. *GANGES*. Altissiod.
Chron. in pr. *GARDO*. Agricola. *ILL* A hand procul à pago Herakleim circa illius ter-
re hiatus vestigium (mirabile dictu) absorptus, atque omni exiccato subterraneis quibusdam
meatis ad certam distanciam prolaberet denou obulsi, pristine ripe restitus. Gebviler in
panegyri Carolina. *INACHVS* in Argivorum terra. Sophocles reprehensus à Strab.
lib. 6. *INOPVS* apud Delios, qui cum è Nilo ad se pertenire credebat tempore Pau-
saniae, vide ipsum lib. 2. & Strab. lib. 6. qui fabulam respuit. *IONICVS* quidam amnis
in Branchidis. Pausan. lib. 5. *IORDANES*. Ibid. & in primis Ioseph. de bel. Iud. 3, 18.
LADON in Arcadia apud Pheneum. Strabo extremo lib. 8. iuncto Plin. 31, 5. *LICVS* in
Asia. Plin. 2, 103. Seneca nat. quest. 3, 26, 6. Apud Colossas Phrygiae oppidum. Herod.
3, 30. *MÆANDER*, vide in *Inopo*. *MARCLIA AQUA* in Tiburtino agro. Plin. 31, 3.
vbi tamen de specie manu facto loqui videtur. Adde Frontin. de aquæduct. *MARSLAS*
apud Celænas Phrygiae. Plin. 5, 29. ad *METAVREM* quoque in Sicilia tale flumen
describit Strabo lib. 6. *NILVS* in Africa, non procul à fontibus. Ibid. & Plin. 5, 9, 10.
Pausan. lib. 5. Altissiod. Chronol. in pr. Fulcher. Carnot, de gestis peregr. Franc. cap. 43.
Habes de eodem & supra in *Euphrate* & *Inopo*. Illas Nililatibras inter astime eius in
undationis caussa reddi. Seneca nat. quest. 6, 8, 3. prodidit. *ORONTES* apud Antio-
chiam. Strabo lib. 6. & 16. *PADVS* in Liguribus. Plin. 3, 16. *POLYTIMEVS* in Sog-
diana regione, Arrian. 4, 1, 33. Strabo lib. 11. *PYRAMVS* in Cataonia. Strabo lib. 12.
RHENUS. Agricola supra. *STIBOETE* s. quem diximus esse Curtii Ziobrim. Diodor.
17, 75. *TIGRIS* in Mesopotamia. Plin. 2, 103. & 6, 27, 3. Strabo lib. 6. Iustin. 42, 3, 9.
Seneca epist. 104, 22. & nat. quest. 3, 26, 7. & 6, 8, 2. Altissiod. pr. Chronol. Marcellin. 23, 19. *TIMAVVS* in sinu Adriatico. Posidonius apud Strab. lib. 5. *VADIMONIS*
lacus in flumen egeritur, quod vbi se paulisper oculis dedit, specie marginus, alteque con-
tum meat: ac si quid antequam subdiscretur, accepit, fernat & profert. Plin. epist. 8, 20.
Caussa, inquit Seneca natur. question. 3, 26, 5. manifesta est, sub terra vacat locus. Omnis
autem humor natura ad inferius, & ad inane deferatur. Illo itaque recepta flumina cur-
sus egere secreto: sed unum aliquid solidi, quod obstaret, occurrit, præscripta parte,
qua minus ad exitum repugnabat, reperiere cursum fuisse. Ut venia sit longiori adnota-
tioni, claudam cam verbis, quibus epist. 20. lib. 8. Plinius: me nihil æque ac nature ope-
ra delectant.

INTERPELLAT). Constantiensis manu exaratus exerte habet in-
terpellat, quomodo etiam Acidalius legendum putat. Raderus. Sic & in Var. nostris
legebatur: itaque maluimus præ illo interpolat.

RHIDAGO) Nec hoc nomen apud alios memini legere. Nam quod
nonnulli Rhindacum ex Rhidagone [videtur igitur illud Rhidago pro primo casu acci-
pere, quod ego cum Sabellico. Enn. 4, 5. pro tertio habebam] faciunt, procul à vero
ab eunt. Rhindacus enim Stephano est ciuitas inter Helleponum & Phrygiam, vn-
de Rhindacen populi seu ciues. Plinio idem nomen est fluvius inter eundem Helle-
ponum & Phrygiam, (sed hic noster) mille prope parasangis abest ab Hellepono &
Phrygia. Glareanus Syderin à Plinio dictum putat, coniectura dubia & incerta. Ra-
derus.

6, 4, 7. *QVÆCVNQVE DIMISSA*) Sic malui sensu, & nonnulli
editt. voluntibus, longo melius, quam vt habebant alii: quicunque dimissi. Id au-
tem

tem de plerisque eorum fluviorum, quos sub terra condi modo diximus, assuerari; facile reperiet, qui citatos ibi scriptores volet euoluere.

6, 4, 9. DIVENTOS ET TRIG.) Hoc Q. Curtius insuffissimo & ne minimum guidom fallenie calculo irradidit: cui etiam adseritur B. Hieron. ad IX. cap. Danielis. Atlas Maior Mercatoris, in regno Persico. Vide supra ad 4, 14, 20.

6, 4, 10. REPETISSE) Prostus (cum Modio) & ipse malo repetisse, præ vulgatorum reperisse quod tamen neque ipsum inelegans præpositione mutata: consilium è præsenti necessitate reperisse. id est, quæsisse & inuenisse consilium è re nata, atque ut præsens necessitas subjiciebat. Acidalius. Excusat autem se à necessitate quæ sumnum quibusvis factis præstare creditur patrocinium. Sic apud Thucyd. 1, 12, 18. Athenienses: Nec inuidiosum est, aliquem qui in summum periculum dedicatur, confidere militibus suis. Poplicola apud Dionys. 5, 64. f. Necessitati impares sunt humani ingenij vires: omninoque tum densum de decore despicunt, cum iam versantur in tuto.

INSIDIANTEM) Sic etiam facinus suum exclusuit Tissaphernes, ducibus Graecorum celsi. Xenophon ἡρακλειον. lib. 2. Ratio autem, cur Darius occiso Bagoa satisfaciendum popularibus putauerit, est: quod Bagoas potentia & gratia ad populum plurimum pollebat, tum etiam ipsi illi Dario imperium dederat: purgandus igitur erat, ne pro summo beneficio, necen redidisse videretur, atque ex eo facto odium gentis incurreret, animum regis subdolum & crudelem odiis, & fortasse seditionibus agitaturæ.

6, 4, 11. AMORE EIVS) Nimitem spiritus atque vitæ suæ, non sane Darii, quod persuadere nobis vult Raderus.

6, 4, 13. PATRIAM) Ouid. Fast. 1, 493.

Omnia solum forti patria est, ut pectoribus equor.

Ille ergo pater est mihi, ut patrem tuum esse.

Iterum gnome communis, de qua multa passim gnomologi. Raderus. Tenebris apud Tacit. H. 4, 64, 6. Quomodo lucem diemque omnibus hominibus, ita omnes terras foribus viris natura aperuit. Elégantissime Heldenbuch Stropha XXXI. Ich wens das byder man's erbe in allen Landen lit.

6, 4, 14. NEC DVBITAVIT) Miror Sabellicum Enn. 4, 5. cum Naborzani literas verbis Curtianis recitatasset, contra manifestam auctoris mentem subiectere: Adhac nihil Masecio respondit, cum Curtii verba eundem plane sensum habeant, quem illa Virgil. En. 3, 610.

Ipse pater dextram Anchises, basam multa mortuus,
Dat iuueni atque animum præseni pignore firmat.

QVO PERSÆ MODO) Sic Cornel. Nepos in Datame 10, 1. Scilicet ut dextram rex daret, aut præsenti; aut per intermuncium. Vide Brisson. lib. 1. p. 107. Qui ibi citatus ex Diodoro locus, non est in lib. 18. ut ex Brisson. Popma & Raderus edidere, sed in cap. 34. lib. 16. Præter auctores quorum Brissonius meminit, hic pertinent excerpta ex Ctesia Persicis cap. 8. Illorū & mutuo & cum Anorg. dexterat in animis testimonium iungere voluit. Xenophon lib. 1. ἡρακλειον. adeoque dextram ipsi & dedi, & accepi: Cyrus de Oronte loquitur & in hist. Græc. lib. 4. paulo post pr. datis (Spartidati nimitem) accepi que dexteris, Coys dimissus fuit. Polyb. 5, 54. De Antiocho Magno: rebellem exercitum aeris verbis incipiut in fidem data dextra recipit, dextram Pharnabazo porrigit, suam vicissim ei porrigit Agesilaus. Idem & aliis gentibus obseruatum. Anchisa suo tribuit Virg. En. 3, 610. loco praecedenti nota recitato. Item Enæ 3, 412.

... aor dextra iungere dextram Non datur.

& 3, 83.

& 3, 83. *Iungimus hospitio dextras* - - - Admetus ita fidem Themistocli dedit. Corn. Nepos Themist. 8, 4. In Appiani Punicis Lentulus, pacem cum Carthaginensibus dissimilans: *At fides firma est, ac dextera. Chalcocondylas lib. 3. de Temire. Dubitabat autem quo pacto eum mori cogere, qui olim regi, priuato adhuc, dextram societas dedisset, ne pacis contravenire videretur. Hist. Misch. 22, 10. de Hizid. obtinuit Damascum & dextras accipit ut principparetur. S. Paulus ad Galat. 2, 9. dextras dederunt mihi & Barnabae societas, de Petro & Iacobo Apostolis agit. Liu. 30, 12, 11. de Sophonisba & Masanissa: quoniam modo dextram amplectens, in id, ne cui Romano tradiceretur, fidem exposceret. & mox: data dextera in id quod pesebatur obligande fidei. Idem 30, 13, 5. de Scipione & Syphace: recordatio hospiti dextraque date, & faderis publice ac priuatum iuncti. Probus Themistocle: inde non prius egressus est, quam rex (Moloſsus) eum data dextera in fidem recuperet. Cicero ad Caſarem pro Deiotaro cap. 3. Per dexteram te iſtam rogo, quam regi Deiotaro hospes hospiti porrexiſti: iſtam, inquam, dexteram, non tam (hoc iam omnitudine putem) in bellis, & in praeliis, quam in promissis, & fide firmiorum. Idem in Verrem 5, 40. Vbi fides? vbi execrationes? vbi dextre, complexusque? Idem Philipp. 11, 2. dextre, que fidei testes esse solebant, perfidia sicut & scelere violatae. Id. ad Attic. epift. 7, 1. Vbi illa sunt densa dexterae. Euseb. de vita Constantini 2, 15. Φιλίππης ἀνδρὶς τοιούτῳ δέξιᾳ. Hesychius in Δεῖπνος, οὐδὲν κακός. Dextre dicitur, coniunctio manuum dextrarum in foderibus, in signum, firma fore que coniunctorunt. Apud Homer. 12. a. verſ. Achilles:*

Sic fatus Priami dextram, ne forte timeret

Prendit, & hoc dubiam firmavit pignore mentem.

Vbi notat Eustathius, non in vola manus, sed in iunctura, fuisse fidei fedem, Plinius 11, 45. indistincte: dextra in fide porrigitur. Apud nos peruvulatum, manu data (mit Handtrew) aliquid promittere.

QVADRATO AGMINE) Littius 35, 3, 2. inde quadrato agmine ad Pisas duxit. Contra Ibid. 35, 1, 4. Superior aliis: nam & acie frequenti armatis aduerſus longum & impedium turba pecorum agmen, & recenti milite aduersus fessis longo itinere concurrerat. Quae addenda notatis supra ad 5, 1, 19.

6, 4, 16. *LVNÆ*) Strabo lib. 11. An de hoc situ locutus? Sequitur Hyrcania. exinde mare altum iam fit, donec Medicos & Armenios attingat montes. Horum monitionis radices in tunc formam curvantur, que ad mare definierunt, iniunxit maris sinum efficiunt. Raderus. Sic & Plin. 6, 13, 8. vbi capit in latitudinem pandi, lunatis obliquatur cornibus.

6, 4, 17. *MOSYNI*) Sic potius quam Moſyni scribendum, certum est, quantum quidem ad priorem syllabam attinet, ex Tibullo 4, 1, 147.

Quaque Hebrus, Tansisque Getas rigat atque Moſynos.

A Græcisſere Moſynai dieti sunt, quod in turrib. habitarent, qua gentili lingua Moſyni dicentur. De iis latiflamine simul, optimeque tradit Reineccius in regno Sarmatiaco: qui hoc loco sit instar omnium.

6, 4, 18. *PISCES*) Valde hic turbant libri: planum est fuisse; serpentes alii, & pisces longe diversi ab aliis coloris.

QVID AM CASPIVM) Haec verba omittuntur in quibusdam edit: quae res mouit Sebifum, vt reliqua quoque delenda opinaretur. praescritum cum crederet Caspium & Hyrcanum mare non prouno codemque usurpare auctorem, infra 7, 3, 21. vbi certe manifestam antithesin instituit inter Caspium & Hyrcanum. Sed possit dici, cum ex diuersis auctoribus ea hauiſſe, & cum alii Caspio, alii Hyrcano maiori candem rem adſcriberent, etiam re, vt nomine, separatos iſtos ſinus, cum iſta ſcribe-

ret credidisse, praesentis loci immemorem, sic supra etiam nobis in Mardos duplum. Alexandri expeditionem ex yna fecerat. Vel potius cum Mela 3,5. dicimus Caspium mare interdum generaliter sumi, & Caspius sinus proprie ita dictus, & Hyrcanus, & vero Scythicus eo nomine comprehendatur: interdum primum horum sinuum proprie & toto nomine Caspium appellari. Et hoc verum est. Vtunque autem ea se habcant, illud vtique constat idem mare ab aliis Caspium vocatum, ab aliis Hyrcanum. Ita multis ante Alexandri expeditionem annis scriperunt, in quatuor sinibus, qui ex Oceano subeunt continentem hunc maxime ad Boream vergere. Hyrcanum pelagus & Caspium paixiter nunquam. Plut. Alex. cap. 78. Sic Arrian. 7,3,25. Cupiebat enim eiam illud mare, quod Caspium semel & Hyrcanum appellatur (sic enim vertendum fuerat) cui mari committatur cognoscere: utrum ponto Euxino, utrum ab orientali mari Indi versus circumduetus Oceanus in sinum Hyrcanum refundatur (quemadmodum eiam Persicum, rubrum mare alii vocant, sinum Oceani esse compenserat). Neque enim adhuc inuenta erant Caspii maris initia. Corrigendus leuiter idem Att. 5,4,6. Inditum sinum cum Persico confluere, Hyrcaniam cum Persico sinu coniungi: lege, & d' Tergonos τοῦ Ισθικοῦ: Hyrcanion (nempe Sinum) cum Indico. Adde Strabon. lib. 11. Qui Hyrcanum mare pro Pontico accipiunt, non mihi magis, quam Radetio ad 3,1,12. & Sebilo persuadent. Curti aliis etiam facit Dionys. verlu 49. Cassio profundum fluuen introniuit mari: Quod etiam Hyrcanum alii nuncuparunt. Plin. 6,13,5. mare id pluribus nominibus accolaram appellatum: celeberrimus duobus, Caspium & Hyrcano. Diodor. 17,75. Hyrcaniam ingressus, oppida illius cuncta usque ad mare Caspium, quod & Hyrcanum appellata, subegit. Zonaras in Alex. barbari quidam circa pelagus Hyrcanum, quod & Caspium dicitur. Sic & hodie multis nominibus vocari, ab accolis gentibus inditis, apud Ortelium, & in Atlante Mereatoris leges.

MÆOTIM) Hanc credo fuisse rationem, propter quam nonnulli Caspium mare cum Pontico confuderint, quod viderent Curtium illi tribueret Maeotidis influxum, quem constat ad Ponticum spectare: deinde etiam dulcius ceteris facere, quod itidem Ponto conuenit. Sed enim id ex aliorum opinione se scribere testatur Curtius. Eos autem Macedonas fuisse, cum Alexandro militantes, prodit Strabo lib. 2. qui multa finixerint, quo latius orbem domuisse viderentur; Iaxarti Tanais nomen, Caucasi Parapaniso indiderint. Idem & Plutarchus arguit, in Alex. cap. 78. descendit in Hyrcaniam. Sinum illic maris Ponto (ut apparerat) inuenit non minorem, sed cetero maxi dulciores. Verum certi nihil habuit de eo dicere. Omnino coniecit Maeotis lacum illic restagnare. Aqui non praeter physicos veritas &c. De argumento autem, quo illi apud Curtium contendunt Maeotis illabi Caspium mari, dulcedine nimurum aquarum, vide prolixe differentem Stuckium in Periplum Ponti Euxini ab Attiano scriptum, ubi de sapore Pontici maris.

6,4,19. NON CASPIVM) Ea dubitatio orta ex eo quod longinqua ea loca sunt, & infuper scis gentibus, cum quibus nullum fere nostro orbi commercium est, habitata. Quæ eadem causa confudit veram de portis etiam Caspium narrationem, quæ quoniam & ipse ad res Alexandri pertinent, hoc loco non incommodo tractari potest. Nam, vt Ann. Silvius cap. 33. de Asia fatetur, de portis Caspium multa memoria est. Nemo tamen satis explicat, ubi terrarum existant. Et sane fallitur Raderus, quod in prolegom. cap. 8. dum perpetuam vallem, cuius hoc in Curtii capite ter recurrit mentio, pro Caspium pylis accipit. Primo igitur in Ptolémæi tabulis inter Medianam & Parthicam collocantur. Ibidem ponit eas & Strabo lib. 11. & Arrian. 3, 4, 16. ubi Darium in sua, & Alexandrum in persequendo per eas Parthicenm ingressos narrat, cui consentiunt Diogenes & Beton itinerum Alex. mensores apud Plin. 6, 17. circa fin. & Eratosthenes apud Strab. lib. 11. Item Plinius 6, 14. qui sic describit: *Cau- ja por-*

Is portarum nominis eadem que supra (scilicet Caucalearum 6, 11.) interrupis angusto transitu ingis, ita ut vix singula meent playstra, longitudine VIII. M. pass. toto opere manu facto. Dextera tenuaque ambus sifiles impendent scopuli, stitens tractu per XXXVIII. M. pass. Angustias impedit corrisus salis (Vide eundem 31, 7.) et cautibus liguer, atque eadē emissus. Preterea serpentium multitudo, nisi hyeme, transitum non finis. Plinium, ut solet, sequitur Solin. cap. 47. Duris apud Strabon. lib. 1. Rhagades Mediae sic dictas ait, quod serramoris rupta fuerit terra apud Caspias portas. De iis Dionysius verlu 1034. usque ad portas Caspias, quae sunt profundi sub rupebus Claustra terræ Asiana : quia via Extensa est & in Boream & in Austrum curvibus, illa quidem ad Hyrcanor, hac vero ad montes Persice terre. Vbi Eustath. Adeo autem angustus est iste locus, ut & porta ibidem opponantur, ad prohibendum borealium ad obiectas gentes transsum. Hi ergo omnes Caspias portas eo quem diximus loco, inter Medianam atque Parthiam constituant, vbi cum nulli habitent Caspii, causam nominis non reperio, nisi forte cum Siltio dicas ideo sic vocatas videri, quod per eas nonnullis gentibus transitus sit ad mare Caspium. Quod ipsum eti Veteribus scriptoribus traditum sciam, tamen quomodo accipiam, non dispicio. Babylonis enim & Persis, nam ii nominantur, via alia longe propior & commodior eo est, nisi tabulae Geographicae fallunt. Cum autem longe hinc Caspii montes absint, quo loco mare istud maxime ad Occidentem vergit, ibi quoque alias angustias Caspiarum portarum nomine indigitatas reperio. De quibus libenter accepimus, quod Eustathium ad Dionys. periegeli adnotasse memorauit. Is enim locus ad prohibendum septentrionalium gentium transitum idoneus est, coque portis occulitus ab Alexandro traditur. At in prioribus Caspiis pylis, quæ nec ad Septentriones vergunt, si idem tentasset, etiam infanire videretur, qui Parthos Medosque, vtrosque ipsius in imperio sitos, inexpugnabili munitione secluderet. Quæ ratio, coniuncta aliis, efficit, ut non dubitem, omnes eos qui Alexandri claustra in Caspiis pylis nominant, de eo loco accipiendos esse. Nec minus Ammianum 23, 18. de regno Persico : Ab Arcteo cardine, ad usque Caspias portas. Cadusis conterminat, & Scytharum gentibus multis, & Arimassis &c. quod falsum est si de aliis portis, quam his, intelligis. Quod igitur iis claustris ab Imperio Persico semouerentur homines immani barbarie efferi, fabula orta est. Alexandrum ibi reclusisse Gog & Magog, vel, ut alii, Iapeti de gente nepotes, vel denique Iudeos de decem tribubus, olim in Medianam & finitimas regiones abducitis: quam ex pseudo-Methodio, Iosepho Gorionis Fil. & Petro Comestore refert, & refutat Raderus cap. 8. prolusionum. Quibus similia Theodor. à Niem de Schismate 2, 30. etiam Augustinum citans. quem ego longe diuersum de Gog & Magog sentire, in opere de ciu. DEI 20, 11. reperio. Videatur & Orosius, qui ab Ocho reclusos ibi Iudeos scribit, ex Euseb. num. MDCLVIII. Vide & notas in Itiner. Beniamini, quas edidit l' Empereur, ad pag. 96. Sed illa, licet fabulam perfusa sint, tamen ex vero situm locorum designant, & castellum ab Alexandre ibi potissimum exædificatum fuisse, ratio & auctores probant. Quapropter & Bonfinius rer. Vngar. 2, 8. p. 175 ad stipulari foris non absurdum putavit. Vincentium tamen Beluacensem immerito culpat Raderus, nam ille cap. 89. lib. 30. aperte fabulam clam respuit. Fratres nostri, inquit, s. ordinis prædicatorum in Georgia ciuitate Triphelis (lego Georgie ciu. Tiphlis) que prope montes Caspios est, per septem annos commorati sunt, diligenter a Georgianis & a Persis, & etiam a Iudeis de inclusione illa inquisierunt, & dicunt omnes etiam ipsi Iudei quod nihil penitus inde sciunt, nec unquam istud in suis historiis insuenerunt. Hoc autem scriptum habent tantummodo quod Alexander ille quodam homines immundos & horribiles prope montes Caspios habitantes, qui alios homines & etiam se inimicem comedebant, intra montes illos habitare coegerit, & etiam ibi portas extrui fecit, quæ videlicet adhuc portæ Alex-

andri ait& sient. Vnamque illarum Tartari confrengerunt. Intelligit ciuitatem forteam de qua paulo ante locutus, Drubaldi eam vocavit, pro Derbenth. Emporium Derbentum vocat ex Iouio Surius in Comment. ad Ann. MD. De qua audiamus Schickardum, in procemio Tarich regum Persicorum, vbi videmus eam traditionem etiam ad Muhammedem impostorem peruenisse. refert enim Alexandrum homines offendisse montanos, & ignoti sermonis quibus bellum inferre cogitarat; sed à Deo prohibitum fuisse, ne quicquam illis noceret. ideo saltē eos à suarum regionum termino secessisse, ferramentis inter vicina saxa, velut obicibus interiectis, & cipro interfuso munitis, quod claustrum isti transmontani perfringere nulla vi queant. Vbi subiungit Schickardus: Nil dubito quin Caspia pylas, iuxta mare Hyrcanum sitas, intelligas, que vulgo Derbenth, id est angulare, & a Turcis Demir-capi, hoc est ferrea porta nominantur: quam Geographorum aliqui praeve Amiralii nuncupant, post eas Alexander Indos reclusisse creditur; quamvis id neget Jr. Vincentius Bellucentris, in spec. hisp. l. 30. c. 89. Est in vicus [vnum ex tribus] à Tataria transiit in Persiam, ut annotauit Haytho c. 47. locus ipsa natura munitissimus, & rore mirabilis, quem orbe tota alium non credo reperiri, quem pulchre descripsit il magnifico messer Iosaphat Barbaro, Reip. Venete legatus ad Persas, in suo Viaggio, fol. milii 50. Profecturo ex Persia (sic enim reddimus Italicā à Schickardo relata) Turcia, Syria, & superioribus regionibus in Scythiam, vna istius loci porta intrandum, & per aliam itidem excendum est. Quæ res ignaro loci mira, & pene impossibilis videatur. Hoc autem eo accedit, quod à mari de Bachu (sic enim Caspium hodie vocant) ad mare magnum via recta, putasi per aërem transiri possit, quingenta computantur millia, omni quod interiacet spatio, montibus atque vallibus consito. Et post pauca: Vbi occurrit mons quidam altissimus, ita ut adscensus eius descensusque bidui iter efficiat. iem fol. 51. b. Vnum de Derbenth dico, quod mirum videtur: ab vna portarum istarum sub ipsis usque muros euntibus, vix pomaque omnis generis, & praesertim amygdali reperiuntur. Ab altera vero nihil pomorum neque arborum cernas, praeter cotonea sylvestria: eaque loci facies ab isto latere per decem, vel quindecim, usque ad viginti millia continuatur. Atque post hunc P. Ionijs hisp. l. 14. fin. Abruptæ Caspii montis rupes, usque adeo ad mare coarctant iter, ut exeli fluctibus, deuoratique in profundum eius littoris margines, vix duorum stadiorum aditum transcendentibus relinquant. Ea enim forma Derbenthum in edita montium crepidine situm est, ut duobus ex quadrato lapide muris, ad mare deductis, inferiora edificia, & nauigiorum stationem, tanquam duobus brachii complectatur, non maiore quam trecentorum passuum interuerso. quod spacium singulis utrinque ferreis portis, superstantibusque propugnaculis, ita munitur, ut perpetuis custodiis, nisi clara luce & explorato littore viatores, nec admittantur, nec recepti intra portam, altera prius emittantur, quam portorum persoluant. Habitus Schickardus. Quantum ad portas ferreas, addendus locus Iosephi pag. 985. A. Hunc esse locum quem Caspianam viam appellat Tacitus, firmiter mihi persuadeo. Hiberi, ait 6, 33, 4. locorum potentes Caspia via Sarmatian in Armenios rāpiū effundunt. Deque eodem iterum loqui credo H. 1, 6, 4. numeri, quos idem Nero elec̄t̄ præmissosque ad claustra Caspianum (scil. portarum) & bellum quod in Albanos parabat &c. cum Suetonio loquens in Nerone 19, 4. atque iis qui in Armenia cum Corbulone res gessere, ut constat ex Plinio 6, 13, 14. quamquam hic contendat non Caspias eas portas, sed Caucasas dici debuisse. At praeter quod illis viris, qui in ipsis iis locis non officianter versati sunt, sed ut ipse fatetur, res ibi gessere, merito amplior fides debetur; etiam locorum situs contra Plinium testimonium perhibet. Nero enim Albanos pecebat, quos haud obscurum est eo tempore omnia post Caspias pylas, atque adeo ipsas tenuisse: at inter has & Caucasas portas tota Albania; vel si alio itinere tenderet,

Iberia

Iberia interiacet, quomodo igitur penetrasset ad Caucasas pylas, nondum subactis potentissimis gentibus, cum quibus maxime bellatum ibat. Sane turbauit Plinium, quod sciret alias illas Caspias portas, quae à plurimis veterum ita vocarentur, longe ab iis regionibus distare; Albaniam autem Caucaso connecti nouerat. De Caucasis igitur pylis interpres ηράπερας κλητηρας Σεντος in Appiani Mithridatico. Et sane ab eo demum tempore angustias montis Caspii, Caspias portas vocari cepisse, videre videor. cum ii qui res ibi gererent, nomen aliud aptius non inuenirent, quam ut à Caspio monte Caspias dicerent, sicut ab Amano Amanicas. Nisi tamen & Clitarchus apud Strab. lib. 11. de iis sensit: Thalestrim inde venisse scribens, quamquam enim longe distarent à Thermodonte tamen inde proficisci per has iter fuisse potuit. Magis tamen est, ut de aliis illis pylis ad Parthiam loquatur, quando per eas transire potuit. Alexandrum quærens, qui tum ibi forte res gerebat. Per eas igitur & Sarmatae apud Tacitum in Armeniam effusi sunt, quomodo diu postea Hunni, qui dicuntur Saber, transiunt Caspias portas (has ipsas nimirum). Armeniam & Cappadociam, Galatiam & Pontum depopulati sunt. Hist. Mifell. 15. 14. & 22. 33. Anno vicissimo tertio imperij Constantini (quatuor) egressi sunt Turci à Caspiis portis, & occidderunt in Armenia multos. Vide Gregoram pag. 26. f. Has à Lazorum gente pro munitione Romana sub Iustiniano custoditas fuisse Iornandes dicit. Get. docet, ubi tradit ipsum Alexandrum ex loco portis constitutis, Pylas Caspias nominasse, ipse tamen etiam cum Caucaso confundit. Porro ea munitione anno Christi 1583. in Turca potestatem peruenit, quod sic narrat Leunclau. in suppl. annal. Turc. Osman bassa nocte quadam cum pauci suorum versus Temircapim, hoc est portam ferream, sive Derbenum, ausfigit. Id siue est ad mare Caspium, quod ipsorum lingua Beber-culzum, sive Culzum deniz dicitur. & mox: Osman vero bassa quum Temircapim renisset, stitit sibi Schembalin Chznom, hoc est regulum sive principem Derbenti, amicum reddidit, natione Tatarum: cuius & filiam duxit uxorem, que post infinitum mariti patrem veneno suffulit. Sed & prius Turcarum in potestate fuit, nam eam gentem regnante apud Francos Pipino, à Caspiis portis egressam, Otho Frising. apud Æneam Silvium cap. 4. de Europa, & cap. 100. de Asia, trahit. quamquam Silvius, Plinium, ut videtur fecutus, potius à Caucasos maller. Cum Othonে prope consentit Soiter. lib. I. de B. Pannon. in pr. & Blondus in pr. libri de gestis Venetorum: Fueruntque ipsi Turci Scyphæ ex his, quos Alexander Macedon inter Hyperboreos montes ferreis clausis repagulis, cum alijs tradidit scriptores, tum beatus Hieronymus affirmat. Nisi quod ex ea quæ Plinius decepit, ratione videtur potius Hyperboreos montes, quos recentiorum industria fabulosos reprehendit, quam Caspias portas nominate. Hieronymus Epitaphio Fabiola: paulo cautius: ab ultima Maeotide inter glaciam Tanain, & Massagetarum immanes populos, ubi Caucasi rupibus feras genes Alexandri claustra cohident. Quæ respiciens haud dubie Isidorus 9. 2. Ignos &c. qui prius in ultima Maeotide inter glaciam Tanain & Massagetarum immanes populos habitauerunt. Deinde pernicibus equis Caucasi rupibus feras gentes Alexandri claustra cohident ruperunt. At claustra si qua iis in locis fuerint: Alexander, opus est fuisse citra Caucasum, siquidem credimus probatissimis scriptoribus, qui negant Alexandrum ad Caucasum penetrasse. Fuerunt igitur sanci in Caspui montis pylis. Idem iudicium est de istis Marinus Siniti in societate fideli. cruc. 3, 13, 5. De duce Tartaro sub Octotis, quam Haytho Hocostam vocat: peruenit ad magnum monum Caucasum, ubi Alexandreiam (an Alexandriam) Alexander edificauit, quæ postea porta ferrea dicta est. Hac transiit probaber de profunda Asia ad maiorem. De eadem Tartarorum expeditione loquitur, de qua Vincentius loco supra citato. At ibi videmus portas istas, scires non ad Caucasum montem, sed in Caspio fuisse. Ex dictis apparent large errare Marium Nigrum Geogr. lib. 5. Heraclea ciuitas Graeca Arfacia & Parthis

Parthis vocata, Rhages prius, quoniam ibi terra motu fracta sit tellus, quo & urbes plati-
rime, & vici duo millia, ut scribit Posidonius (apud Strabon. lib. 1.) subuersi sunt. Iumi-
na quoque cursus mutauere. Cu[m] rupta Alexander Macedo portas apposuit, interioribus
gentibus iter intercludens. Non enim ad alium locum decantata ista porta spectat,
quam ad Derbenthum. Quo traho & ista ex Procop. lib. 1. de bello Persico : Ascen-
dens quoque Iberorum montes semita quadam in angustia multa stadiis supra quinquagin-
ta producitur, ea siquidem via in abrupto quadam ac penitus innio definit loco: exiit autem
nusquam apparet, præterquam pars quadam à natura inuenia, qua Cassia antiquius
dicitur &c. Quod Alexander Macedo animaduertens, munimini a breuitatis gratia dici-
tur eas edificasse praesidio ibidem relicto, quod postea quam illi plures, tum Aribazores
habuere, is genere Hunni &c. Nam etiam infra eodem libro Cabadem dicentem fa-
cit se tenere easdem portas Caspias ad prohibendum incursum Massagetarum, hoc est
iuxta Albanorum, sive ut postea vocati sunt Alanorum gentem, quam cum tractum
late incoluisse, ex Marcellino 31, 5. & 6. constat, immo eodem & Alanos & Massage-
tas fuisse vocatos, idem, ni fallor, Marcellinus; certe ex Dione Xiphilinus in Adriano,
Zonarastom. 2. & Gregoras 6, 17. tradunt. Oportet igitur portas istas medianas fuisse
Persicum inter imperium & Alanos, de quib. etiam Beniamini Itinerarium : Alanie
regio montibus cingitur, nec nullum exitum habet præter portas ferreas, quas Alexander
fixi. Hodie Georgianos cum tractum habitare conflat inter auctores. His igitur tri-
buit claustra Alexandri M. Paulus Venetus in Chorographia Tartariae 1, 14. Et specia-
lius adhuc regno Abca (vt in versione Germanica legitur, quæ sola nunc ad manus
est) hoc est parti Georgia Haytho cap. 5. & 47. Quamquam ibi difficultatem mo-
uet, quod videtur confundere aditus ex Sarmatia & Hiberia in Asiam maiorem. Scri-
bit enim tres eos esse, primum à Turquellia per Persiam: alterum vocari Ledor-
bent (forte fuit Loderbent, vbi nomen Derbenthi agnoscis, cum articulo Italico, qua
lingua primitus iste liber conscriptus fuit,) propter mare, vbi Alexander edificare
urbem Portas ferreas, vt legatur in historiis regni Cumanie, tertium transire per ma-
re magnum & regnum Abcas. Et mox subiicit, per Derbentum potuisse transiri per
hyem, nisi Abcas fossis & munitionibus iter præstruxisset. Ut ita rursus videatur
confundere duo ista claustra, quæ modo distinxerat. In quibus non simplex est dif-
ficultas, nec auxilio sunt recentiorum tabulae, quando limites regnum ab Haythone
longe aliter constituantur, quam illæ repræsentent. Totum autem illud Cumanie re-
gnum, quod cap. 5. describit Haytho, nec ibi, nec apud Venetum repertio: Sanutus au-
tem collocavit iuxta Tanaim. Sed Haytho dicit quosdam populos regno Cumanie
subiectos usque ad Cœusum pertinere. Vnde videatur illud regnum circa eum mon-
tem esse collocandum, & fortasse appellationem habuisse à Cumania castello de quo
Plin. 6, 11. Porta Caucasia, magno errore à multis Cassia dicta, ingens naturæ opus monti-
bus interrupis repente, ubi fore obdita ferratis trabibus, subter medianæ amne Dyriodori
fluente, citraque in rupe castello, quod vocatur Cumania, communio, ad arcendas transi-
gentes innoveras. Atque ita hæ tertiæ essent angustiae, quæ Caspianum portarum no-
mine innoverunt. Sed vereor ne erret Plinius, & ii quos erroris arguit, non de eo
loco, quem ipse describit, sed de Caspii montis angustis sentiant, de qua contresua
supra dictum est. Sunt igitur Caucasiae pylæ, quæ si Plinius credimus, ab aliquibus ap-
pellatae sunt Caspiae. Sunt & ea quas inter Medianam & Parthiem sitas Geographi
sic vocarunt: sunt denique in ipso monte Caspio, loco qui Dorbent nunc dicitur, quo
vocabulo Turcis angustiae signantur. Sic ad superandum Hamum in Thraciam &
Macedoniam eunibus, virus adiutus à Traiano plerisque putatur factus, ubi adhuc quadrato la-
pide porta maxima spectatur. Et mox: locum hinc Turi comites nostri nominabant Capo
Derbent,

Comment. in Curtium. lib. 6. c. 4. n. 20. 22. 24. 25. & c. 5. n. 2. 3.

Derbent, hoc est portam fauciū vel angustiarum. Ait Leunclau. in Pandect. Turc. Eclogē MSa, ex hodeporico Constantinopolitano Stephani Gerlachii Theologi: *Der Perseporia, bent ligamen, quasi porta ligata ac serata.* Essent plura quae de tam illustri loco dicērem, nisi nimis arctis coliberaer terminis, quos tamen sentio me non mediocriter nunc excessisse. Sed perruptis his angustiis, redeamus in viam.

EX INDIA) Hoc putabat & Arrian. 5, 4, 6. quamquam 7, 3, 25. dubie sentiens. Varias veterum ea de re sententias necessario omittimus. & iam relatae sunt aliquæ supra ad 6, 4, 18. Antiquissimam autem Herodoti 1, 203. Hoc mare per se est, nec cum vlo alio commiscetur: recentiores approbant, Paulus Venetus 1, 14. Haython cap. 5. & ex iis Sanutus & Mercator.

6, 4, 20. **AD CULTIORA**) Sic 7, 3, 17. apud Liu. 28, 11. in loca culta bene habent MSS. vulgo, in loca tua. Sic igitur etiam hic malui, quam ad vteriora.

6, 4, 22. **QUERCUS**) Idem Diodor. 17, 75. forte eo respexit Virg. Ecl. 4, 30.

Et dure querens sudabens roscida mella.

In Lydia copiosum mel ex arboribus colligi scribit Author Mirabil. Aufcultat. cap. XVIII.

6, 4, 24. **EXAMPLE FVIT**) Vide Gruter. in Liu. 42, 8. & discurs. in Tacit. 19, 18. &c.

6, 4, 25. **MENAPIM**) Arrianus 3, 4, 26. Post hæc Amynapem Parshum, qui sibi rna cum Mazæo (scribe Mazæus Mazæo) Ægyptum tradidérat, Parthorum & Hyrcanorum satrapem constituit. Amynapse Arriano, qui Menapis Curtio, adiunctione literæ A. que in eiusmodi nominibus est frequentissima. Sic Axueres & Amisfris alibi vocantur; qui frequentius Xerxes & Tisfer, quod me docuit Scaliger in Eusebium. Apud Stephanum in 'Αμαζόνος Μαζεύμ pro Amazeo, apud Strab. & Plin. 6, 13, 6. Amardi & Mardi, apud Plin. 6, 7. Kiphaei, Arimphaei. Sic Derceto aliis Aergais est. Ut propemodum suspicer illud A. vbi priuater rationem additum est, nihil aliud esse quam articulum, qui Hebreis scire est 7, & in illas quoque gentes peruenisse videatur, si non eadem scriptura, certe vicino sono. Huius corruptionis exemplum tetigimus in voce Derbent, quæ apud Haythonem, vt pote Italice conceptum, est lo Derbent, & deinde etiam in versionibus in vnam vocem coaluit Loderbent. Eiusmodi vitia in Cedreno, & aliis eiusdem commatis Græcis scriptoribus non pauca corrigit Leunclau. in Pandect. Turcic. quæ res opinionem meam haud mediocriter firmat. Contra accidit, vt qui in uno aut altero eiusmodi vocabulo falsi fuerunt, si moncantur id eo accidisse, quod articulum voci iuxterint, deinceps omnia eiusdem soni vocabula suspecta habent, & interdum etiam radicales literas detrahunt. quod accidisse credo in iis, quibus A. quod habebant, violenter ademptum est.

6, 5, 2. **HOSPES PHILIPPI**) Historiam pete ex Diodoro 16, 53.

FIDES VINCEBAT) Hoc est, præollebat apud Alexandrum, vt ob hospitiū memoriam cum amaret, & magis etiam propter fidem in regem suum. Eo magis, quod etiam apud Græcos id vñi receptum esset. Vnde Agesilaus ad Pharnabazum, referente Xenoph. lib. 4. Ex. 1. Non ignorare te arbitror etiam Græcis in viribus hospitiū necessitudines inter homines contrari. Nibilominus vbi bellum inter vrbes ipsas geri ceperit est, vñi cum patria quilibet hospitiū bellum facit. Quin etiam si res ita ferat, nonnunquam mutuo se hospites occidunt. Caussam reddit Badius apud Liuium 25, 18, 9. publicis fœderibus rupis direpta simul & priuata iura esse. vbi itidem pugna hospitiū cum hosti narratur.

6, 5, 3. **SENECTVTE**) Similis oratio Berzellai ad Dauidem Reg. 2, 19, 34. Quos sum dies annorum vñi mea, vt adscendam cum rege in Ierusalem? &c.